Pateat universis et singulis sit notum quod dudum lite inter honor.
virum dominum Joannem Periz de [illegible] doctorem tunc canoni
cum et priorem et prepositum mensis septembris in sede Tar
racone et vicarium perpetuum ecclesie loci de Zamaris dioc.
Terracone agentem ex una et universitatem et singulares perso
nas dicti loci de Zamaris eiusque termini et parochie deffen
dentes ex altera partibus de et super decimis et primitiis olivarum
et vindimie arborum et aliis [illegible] dictum priorem prepositum
et vicarium perpetuum ecclesie loci predicti de Zamaris contra et
adversus dictam universitatem et eius singulares super quibus
dein alterata fuit in curia metropoli officialatus R.mi in
Christo patris et domini domini Petri miseratione divina Pa
triarche Alexandrini et Archiepiscopi Terracone ut in processu
desuper [illegible] coram dicto officiali [illegible] videre et
tandem per [illegible] in dicto processu et in dicta lite et causa loca
tenentem honor. virum dominum Joannem Michaelis utriusque juris docto
rem [illegible] vicarium et officialem [illegible] Archiepiscopi pro parte
dicti prioris et prepositi mensis septembris in sede et contra et
adversus dictas universitatem et singulares personas de eadem
a quaquidem sententia ab illo capite decime et primitie olive et
vindemie arborum predictam universitatem et singulares personas
fuit appellatum et provocatum ad sanctissimum dominum nostrum papam
et eius sedem apostolicam et [illegible] dicte appellationis
causa ad sedem apostolicam et quod eidem appellationi [illegible] re
mittendo predictas universitatem et eius singulares personas a quibus
postea habitum fuit remissis [illegible] ad prefatum
R.mum dominum Archiepiscopum Terracon. coram quo dicte partes
[illegible] et earum de
et deffensiones [illegible] obtulerunt et allegarunt et iudicium
partes predicte coram dicto R.mo domino [illegible] et tandem
dictus R.mus dominus Archiepiscopus suam [illegible] omnibus et singulis
in scriptis [illegible] tenoris sequentis

Christi noie humiliter invocato

Unde Nos Petrus divina miseratione Patriarcha Alexandrinus [illegible]
[illegible] sancteque Terrachone ecclesie Archiepiscopus Visis in primis pluribus
supplicationibus nobis verbo factis per universitatem probos homines
et iuratos locorum de Tamarito quadre de Espluga termini de
Montblanc quadre de Fidenca et dels Mulnas et quadre de
Ferra et terminorum ipsorum Campi Terrachone et signanter suppli
catione quadam nobis et in Consilio facta vero per predictos in
supplicationibus [illegible] in et super quadam sua lata vicesima quarta
mensis Decembris anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo
septuagesimo nono per Joannem Michaelis tunc visitatorem et officialem
nostrum a qua sententia solum et dumtaxat appellando extitit ad
sanctissimum dominum nostrum Papam predictos Juratos probos homines
universitatem et habitatores in locis predictis quadris et eorumdem
terminis super illo capite decime et primicie olivarum et vinde
mie arborum et seminum ipsarum pretendentes ipsi in supplica
tionibus ad dictas decimas et primicias minime teneri necessa
[illegible] et super his capitulo priore ac preposito
mensis Septembris [illegible] predicte ac vicario perpetuo et rectore
ecclesie loci predicti de Tamarito pro eorumdem interesse for
maliter auditis plenarie predictis Capitulo Priore Preposito rectore et
vicario [illegible] perpetuo necnon supplicantibus predictis in his que
verbo et scripturis dicere allegare probare deducere et producere vo
luerint [illegible] predictas educationes habitisque pluribus collo
quiis cum sapientibus in iure peritis [illegible] assistentibus in pro
cessu coram dicto vicario et officiali agitato sententiam proferente
predicto et aliis omnibus videndis et considerandis que videnda per nos
erat et considerata in predictis Deum pre oculis mentis nostre
solum habentes sacrosanctis evangeliis coram nobis positis et reve
renter [illegible] die [illegible] partibus predictis assignata ad
nostram proferendam [illegible] diem quam eis assignamus
ad Candelas pro omni [illegible] in scriptis qui sequitur modum
et declaramus

Et quia ex dictis exhibitis allegatis productis et probatis coram nobis con
stat [illegible] in dictis supplicationibus [illegible] dictorum supplicantium
[illegible] et exhibitis et signanter per inspectione oculariter per nos factam
et lecta de privilegio tam in primitivo processu pro parte predictorum
supplicantium allegato tenore cuius privilegii predicti supplicantes exempti

GOBIERNO DE ARAGON

erant uti re vera sunt a solutione predictarum decime et primicie neque
predicto privilegio neque aliis allegatis productis exhibitis et probatis
pro parte supplicantium predictorum obstare videtur jure dicta alle
gata exhibita et producta tam pro parte predictorum Prioris et preposi
ti capituli rectoris et vicarii perpetui predictorum pronuntiamus sententiamus
et declaramus predictos incolas et habitatores universitatis et singula
res personas dicti loci de Tamarito et terminorum eiusdem loci sive castri
de Ondeolivo de Vergilio de Ardenya de Ferran e dels Molinas
et terminos eorundem non teneri neque obligatos fore ad solven
dum dictam decimam et primiciam olivarum et vindemie arborum pre
dicto Priori preposito capitulo sedis predicte neque vicario perpetuo
et rectori dicti loci de Tamarito ipsos supplicantes et ipsorum quemlibet
quemlibet a solutione predictarum decime et primicie olivarum et vinde
miarum arborum nostra hac sententia absolvendo et eadem sententia predictis Priori
preposito capitulo et vicario perpetuo et rectori et cuilibet eorum super de
cima petita et primicia olivarum et vindemie arborum silentium im
ponendo perpetuum eadem hac sententia nostra sententiam dicti domini vica
rii et officialis super hiis mediante ratione renovando cassando et annul
lando in expensis neutram partium in ex causa condemnando

Lecta fuit hec sententia per Reverendissimum in Christo patrem [illegible] et dominum dominum
Petrum miseratione divina Patriarcham Alexandrinum et
Archiepiscopum Terraconensem more sedis iudicis pro tribunali seden
tem in fomerio eiusdem Reverendissimi domini ecclesie Joannem Comes notarium
publicum Terracone de mandato eiusdem domini die Jovis decima
octava Martii anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo
octuagesimo quarto presentibus magnifico domino Francisco Torres milite
Antonio Molis Comensale sedis et Michaele Ramos iuniore presbitero
Terracone pro testibus ad hec adhibitis et assumptis

qua lecta et publicata dixerunt Antonius Ballester vicarius perpetuus
et rectorie ecclesie de Tamarit

Joannes Torrosa jurati et Franciscus Jover syndici de Tamarito
Joannes Dalman syndicus habitantium del Molinas parrochie de
Tamarito
Antonius Vidal syndicus hominum de la Riera dicte parrochie
Mattheus Rull syndicus quadre de Montoliu dicte parrochie ut fide
fecit de dicto syndicatu dictus Antonius Ballester rector de Tama
rit in publico instrumento recepto per eum die decima septima Martii
anno Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto eorum nominibus
propriis et nomine syndicatus ibidem presentes et sententiam publicare

GOBIERNO DE ARAGON

4

videntes et audientes laudarunt et emologarunt predictam sententiam presentibus testibus supradictis

Die veneris decimaoctava predictorum mensis et anni honorabiles viri domini Joannes Sanctius archidiaconus maior Joannes Ferraris de Bussiera precentor et vicarius dominus Ludovicus Durrea archidiaconus sancti Fructuosi Leonellus de Vilalba archidiaconus Villesicce Ludovicus Munyos archidiaconus sancti Laurentii Galcerandus Daumyo thesaurarius Joannes Sola sacrista prior Petrus de Lusella succentor Bernardus Gaspar Oler Michael Bes Jacobus Campaner Joannes Martz et Bernardus Munyos omnes canonici sedis capitulariter convocati et congregati ad vocem dormitarii ut moris est in domo capitali et capitulum propterea tenentes et celebrantes laudarunt et emologarunt predictam sententiam presentibus testibus preseribus discreto Francisco Tarera Antho ... mundi presbitero et Joanne Martz dormitario pro testibus ad hec adhibitis et assumptis

Dicto et eodem die et anno honorabilis dominus Franciscus Vincentii canonicus et prior sedis et prepositus mensis septembris laudavit et emologavit dictam sententiam presentibus testibus supradictis de quibus dicte partes petierunt fieri per me notarium infrascriptum instrumentum publicum unum et plura publicum et publica in... ipsis partibus ... ad habendum memoriam ... et in appositione sigilli vicariatus dicti officii ... anno ... mense ... presentibus ... medio ... notario et ... testibus supradictis ad hec vocatis specialiter et assumptis